



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 79. Hametes Magus profligato Marocci Rege devictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

tione mundi, etymologicum trilingue, plurimae alia typis edidit: Decessit die undecima Maji. Sæc. XVII.
A. C. 1612.

§. LXXIX.

Hametes Magus profligato Marocci Rege, devictus.

Exstitit hoc tempore in Mauritania *Jæger. Eccl.
Hist. l. 2.
cap. 6.*
Rex quidam, nomine Muleius Hametes, qui diabolicis præstigiis adversus omnem vim externam se tutum esse jactitabat, & militare tympanum, quod quidam, Facquetes nomine, ante centum & amplius annos absconderat, & ab Hamete quodam in lucem aliquando proferendum prædixit, se invenisse gloriabatur: Hoc igitur tympano instructus, ad pugnam pro veritate ineundam incolas sollicitabat, adversus Sidanem Marocci Regem in bellum profectus; cum autem suorum nonnisi trecentos numeraret, Sidanes vero cum quadraginta millibus occurreret, hi fugam arripere parant: at ab Hamete animati, cum jamjam hostium castris imminerent, prospicientes paululum, hostem ab incognito exercitu jam fuscum, fugatumque viderunt, quin adhuc in eum movissent: Parta incantationibus suis victoria Hametes ad fluvium processit, ne vero quisquam suorum ex eo

Hist. Eccles. Tom. LV.

L

bibe-

Sæc. XVII. biberet, interdixit, mortem id facien-
A. C. 1612. tibus interminatus: cum autem aliqui
 mandatum hoc transgressi essent, subita-
 nea paulopost morte extincti sunt. Demum plura sibi loca subjecerat Hametes, contractoque viginti quinque millium exercitu adversus Christianos bellum movere statuit, prius vero Sidanem Marocci Regem, qui instructa acie adventum ejus expectabat, aggressus suis persuaserat, quod hostilia belli tormenta ipsis nocere non possent: igitur hac securitatis sponse animati, Sidanis castra tanto impetu invasere, ut vix horæ unius spatio millibus sex & amplius cæsis in fugam reliquos agerent, ex Hametis exercitu vix quatuor aut quinque cæsis, qui vero glandibus pluribus percussi fuerant, stigmata, nulla vero vulnera ostentabant: postea Hametes exspoliatis pluribus locis thesauros ingentes colligebat, ad Fessanum usque Regnum progressus; terrore enim & metu percussi omnes, ipsum, etsi nec ferro nec flamma uteretur, ultro admiserunt: Salutatus quoque ab Hollandis quibusdam, se divinitus missum edixit, ut malum omne abrogaret, legem Dei instauraret, Sidanem Regno profligaret, & pacem Orbi restitueret: monuit igitur eos, ne cum Sidane commercii quicquam haberent. **Attramen**
 cum

PAULUS V. P. MATHIAS I. OCC. IMP. 163

cum victoriam aliquoties a Sidane Ma-
rocci Rege retulisset, ejusque Metro-
poli potitus esset, tandem arte ejus dia-
bolica destitutus ab eodem Rege pro-
fligatus, atque ad internecionem cæ-
sus est.

Sæc. XVII.
A. C. 1613.



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CXC.

PAULUS V. SUMM. PONTIFEX.
MATHIAS I. OCCID. IMP.

§. I.

*Propositiones ex libro P. Martini Be-
cani S. J. extractæ.*

Nullo unquam ævo tam atrox bel-
lum adversus Literatorum scripta
librosque in Galliis fuerat inten-
tatum, quam proximo hoc triennio, in
quo Maria Medicæa Franciæ Regina in-
ter Principes & paucos Aulæ Ministros
Regni administrandi curam partiebatur,
& supremæ Curiæ Senatus, seu ut

*Serran.
Franc. Hist.
pag. 922.
Hist. du
Parlem.*

L 2

vocant